



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Problemata Evangelica Ut plurimum Emblematis
Coronata. Sive Quæstiones Curiosæ In singula Evangelia
Dominicarum Totius Anni**

Hartung, Philipp von

Egrae, 1689

Index Dominicarum, Thematum, Problematum, & Resolutionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76102)



INDEX

DOMINICARUM, THEMATUM, Problematum, & Resolutionum.

Dominicā Pentecostes. Hæc locutus sum vobis apud vos manens, Parclitus autem Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Joan. 14. v. 25. & 26.

Problema. Utrum majus beneficium, Incarnatio Filij, an Missio Spiritus Sancti?

Resolutio. Par beneficium utriusque

Dominicā I. post Pentec. Docentes eos servare omnia Matth. 28.v. 20.

Problema. Cur Deus in Essentia unicus, Trinus in Personis?

Resolutio. Quia simplex est in praepiendo, multus in remunerando

Dominicā eādem aliud Problema: Quis titulus Deo honorificentissimus?

Resol. Sanctus. est enim quæstio facti.

Dominicā II. post Pentec. Cooperunt simul omnes excusare Luc. 14.v. 18.

Problema. Fuerintne Nobiles, qui ab adeunda Cœna se excusarunt?

Resol. Negat. neque enim nobilis & generosi sanguinis quidquam habet, qui Eucharistiam non frequenterat.

Dominicā III. post Pentec. Dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat. Luc. 15.v. 4.

Problema. Cur ovis centesima tantifiat, quanti 99?

Resolutio. Quia Ovis Centesima significat Caput alicujus commun-

nitatis, à cuius integritate pendet ceterorum salus.

Dominicā IV. post Pentec. Totâ nocte laborantes nihil cepimus Luc. 5. v. 5.

Problema. Cur pauci Nobiles salvantur?

Resolut. Quia JESUM non habent præ oculis, ex cuius præsentia omnis promanat felicitas; nec Verbum DEI appetiant, cujus premium expenditur.

Dominicā V. post Pentec. Qui rascitur fratri suo, reus erit Matth. 5. v. 22.

Problema. Cur Domini priores ad irascendum, quam servi?

Resolut. Quia minus memoris mortis, & debilioris complexionis, & expertes divini sunt timoris

Dominicā VI. post Pentec. sustulerunt quod superaverat de fragmentis septem sportas Marc. 8. v. 4.

Problema. Cur ex septem panibus superfuerint septem sportæ, ex quinque vero panibus cophini duodecim?

Resolutio. Quia quinque panes suis ipsem JESUS manibus, septem panes vero discipulorum manibus distribuit. quidquid autem per Ministrorum manus transit, diminuitur.

Dominicā VII. post Pentec. Non po-

INDEX

- testarbor mala bonos fructus facere Matth. 7. v. 18.*
- Problema.** Cur arbor mala non posse fit bonos fructus facere?
- Resolutio.** Propter malæ consuetudinis quandam necessitationem.
- Dominicæ VIII. post Pentec.** Diffamatus est Luc. 16. v. 1.
- Problema.** Quis diffamaverit villum?
- Resolutio.** Angelus Sathanæ. quia boni Angeli, exemplo DEI sui, optimè semper consulunt famæ alienæ.
- Dominicæ IX. post Pentec.** Videns Civitatem flevit Luc. 19. v. 41.
- Problema.** Quæ Lacrymæ pretiosissimæ?
- Resolut.** Lacrymæ siccæ, quæ manent in evaporatorio cordis
- Dominicæ X. post Pentec.** Duo homines ascenderunt in templum ut orarent Luc. 18. v. 10.
- Problema.** Quis situs orantis optimus?
- Resol.** Qui devotioni maximè conduceat.
- Dominicæ XI. post Pentec.** Venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines decapoleos. Marc. 2. v. 31.
- Problema.** Cur JESUS iverit per medium decapoleos?
- Resolut.** Ut servandam doceret in omnibus auream mediocritatem.
- Dominicæ XII. post Pentec.** Et quis est meus proximus? Luc. 10. v. 29.
- Problema.** Quis unius cujusque proximus?
- Resolut.** Qui indigentissimus, indigentissimus vero, qui proximus
- est æternitatib.
- Dominicæ XIII. post Pentec.** Occurrerant ei decem viri leprosi Luc. 17. v. 12.
- Problematia seu Questiunculae decem.**
- Dominicæ XIV. post Pentec.** Respicite Volatilia cœli, considerate Lilia Matth. 6. v. 26. & 28.
- Problema.** Cur Aviculæ & Lilia in excitamentum spei proponantur?
- Resolutio.** Quia Aviculæ docent gratitudinem, Lilia denotant castitatem; grati autem & casti optimè sperare & sentire debent de DEO.
- Dominicæ XV. post Pentec.** Et hæc vidua erat Luc. 7. v. 02.
- Problema.** Præstetne viduam nubere?
- Resolutio.** Negat, ob ingentia privilegia viduitatis.
- Dominicæ XVI. post Pentec.** Vade recumbe in novissimo loco Luc. 14. v. 11.
- Problema.** Possitne quis absque mendacio maximum se dicere peccatorem?
- Resolut.** Affirmat. propter exemplum Christi & Sanctorum, & authoritatem sententiarum à Patribus prolatarum
- Dominicæ XVII. post Pentec.** Diliges, Matth. 22. v. 37.
- Problema.** Quoties, & Quando oblitget præceptum Divini Amoris?
- Resolutio.** Cùm ad usum rationis pervenimus, in graviori tentatione, in articulo Mortis.
- Dominicæ XVIII. post Pentec.** Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Matth. 9. v. 4.
- Problema.** Qui, & quare cogitèt mala?
- Resolutio.** Qui, & quia mali sunt, ideoque

INDEX

- Ideoque alios omnes sibi similes habet.
- Dominicā XIX. post Pentec.* Amice quomodo huc intrâsti non habens veltem nuptialem ? Matth. 22. v. 12.
- Problema.* Quid Vestis Nuptialis significet?
- Resolutio.* Moraliter intentionem bonam, quae se habet instar interulæ.
- Dominicā XX. post Pentec.* Heri horâ septimâ reliquit eum febris. Ioan. 4. v. 52.
- Problema.* Cur horâ septimâ sanatus Reguli filius?
- Resolut.* Quia numerus septimus Mysterij in utraque lege plenus; & quia horâ septimâ febres in paradiſo Adamus contraxit &c.
- Dominicā XXI. post Pentec.* Iratus Dominus tradidit eum tortoribus Matth. 18. v. 34.
- Problema.* Cur servo debitori post iteratum delictum facta denuò non sit gratia?
- Resolutio.* Quia non rôgavit, non rôgavit quia de venia desperavit; de venia desperavit, quia gravitatem Recidivæ agnovit.
- Dominicā XXII. post Pentec.* Quid me tentatis hypocritæ? Matth. 22. v. 18.
- Problema.* Quomodo laudatus gerez se debeat?
- Resolutio.* Auditis laudibus in agnitionem vilitatis propriæ descendet, & qualis esse debeat, recognitet.
- Dominicā XXIII. post Pentec.* Tenuit manum ejus Matth. 9. v. 25.
- Problema.* Cur manum puellæ tenuerit Christus?
- Resolut.* Ut satisfaceret petitioni parentis, & ostenderet efficaciam corporis sui, & expelleret virus & manibus puellæ &c.
- Dominicā eâdem Problema aliud :* Accessit retrò & tetigit fimbriam vestimenti ejus Matth. 9. v. 20.
- Cur Mulier retrò accedat, & fimbriam tangat?*
- Resolutio* Ob reverentiam, quâ scivit delectari DEum, & fiduciam, quam in Dominum habuit &
- Dominicā Ultimā post Pentecost.* Scitote quia prope est in januis Matth. 24. v. 33.
- Problema.* Quantum temporis ad diem judicij?
- Resolut.* Modicum, inò momentum.
- Dominicā I. Adventūs.* Rorate cœli desuper! Isaiae 45.
- Problema.* Cur incarnandus DEI filius rori comparetur?
- Resolut.* quia à Maria pulchra ut Lanna gignitur.
- Dominicā II. Adventūs.* Joannes in vinculis. Matth. 11. v. 2.
- Problema.* Cur Joannes in vinculis?
- Resolutio.* quia adversitates & vincula sunt certum gratiæ signum.
- Dominicā III. Adventūs.* Ego vox clamantis. Lucæ 3.
- Problema.* qualis vox olim Joannes fuerit, & quales defacto voces sint homines?
- Resolutio.* Joannes fuit vox oris, prædicando Pœnitentiam; vox cordis Zelando pro Deo; vox oris rigore vitæ. Homines ferè tantum sunt vox oris, dum bona quæ docent, non faciunt.

INDEX

- Dominicā IV. Adventūs.* Venit in omnem Regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiae
Lucæ 3.
- Problema.* Nascituro rursum in mundo Domino, quænam ipsius Mater & Genitrix?
- Resolutio.* Mater est Pœnitentia vera de peccatis
- Dominicā ante Epiphaniam.* Timuit illò ire Matth. 2. v. 22.
- Problema.* quare S. Joseph cum in fante JESU timuerit redire in Ju dæam.
- Resolutio.* quia divinum Alumnum suum noluit exponere periculo. Omni verè pœnitenti cavenda omnis peccandi occasio.
- Dominicā I. post Epiphaniam.* invenerunt illum in medio Doctorum. Lucæ 2. v. 16.
- Problema.* quare in medio inventus JESUS?
- Resolutio.* quia virtus in medio consistit, & JESUS virtutis est docto.
- Dominicā II. post Epiphaniam.* Hoc fecit initium signorum JESUS in Cana Galilææ. Joan. 2. v. 11.
- Problema.* Cur initium signorum à vino fecerit JESUS?
- Resolutio.* Quia amat summè ac sitit lacrymas pœnitentium, ceu vinum nobilissimum
- Dominicā III. post Epiphaniam.* Ecce leprosus veniens adoravit eum. Matth. 8. v.
- Problema.* Cur leprosus veniens adoraverit Christum?
- Resolutio.* quia fœtore peccati noluit Christo esse molestus.
- Dominicā IV. post Epiphaniam.* Ecce motus magnus factus est in mari. Matth. 8. v. 24.
- Problema.* Cur Christo navigante cum Discipulis excitata tempestas?
- Resolutio.* quia ubi magna sanctitas, ut hic erat, ibi tentationum tempestates plerumque sunt
- Dominicā V. post Epiphaniam.* Inimicus homo hoc fecit. Matth. 13. v.
- Problema.* Cur diabolus inimicus homo dicatur?
- Resolutio.* quia malus homo est diabolus, ac diabolo etiam pejor.
- Dominicā VI. post Epiphaniam.* Simile est Regnum cœlorum grano sinapis. Matth. 13. v.
- Problema.* quomodo parvus sic magnus fieri possit, ut in cœlum usque pertingat?
- Resolutio.* humiliando se, quod quis humilio, eò fit major & glori osior.
- Dominicā Septuagesimæ.* Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti Matth. 20. v. 12.
- Problema.* Cur pares primis novissimi?
- Resolutio.* Quia absque mercedis intuitu, & ferventiū primis fecerunt, magnaque æquanimitate evocantem præstolati sunt.
- Dominicā Sexagesimæ.* Exiit qui seminat semen suum Lucæ 8. v. 5.
- Problema.* Cur tertiam partem seminis sui perire sinat Agricola?
- Resolutio.* Ut ostendat nullius se desperare, omnium optare salutem.
- Dominicā Quinquagesimæ.* Ecce ascen dimus

INDEX

- dimus Jerosolymam &c. Lucæ *Problema.* Quis arguat Christum de peccato? & quare verum dicenti non credatur?
- Resolut.* Extremè malitiosus; & quia extremè malitiosus est.
- Dominicā Palmarum.* Ecce Rex tuus venit tibi Matth. 21. v. 5.
- Problema.* Cur triumphus præmissus Passioni?
- Resolut.* Quia omnis prævia felicitas secuturæ calamitatis est prognosticon.
- Dominicā Pasche.* Valde manè unâ Sabbatorum veniunt ad monumentum Marci 16. v. 2.
- Problema.* Cur mulieribus manè Christus apparuerit?
- Resolut.* In encomium & vituperium sexus muliebris
- Dominicā in Albis.* Cùm ergò serò esset die illo venit JESUS Joan. 20. v. 19.
- Problema* Cur Apostolis serò Christus apparuerit?
- Resolut.* Quia non succurrit nisi cùm res ad ultimum redacta, nec miracula facit sine necessitate.
- Dominicā II. post Pascha.* Cognosco meas & cognoscunt me meæ Joan. 10. v. 14.
- Problema.* Quod præcipuum Reprobationis indicium?
- Resolut.* Propria Conscientia
- Dominicā III. post Pascha.* Modicum & non videbitis me Joan. 16. v. 17.
- Problema* Quodnam istud Modicum?
- Resolut.* Quidquid videtur, antequam videatur DEUS.
- Dominicā IV. post Pascha* Arguet mundum Joan. 16. v. 17.
- Problema.* Cur in Bacchanalibus Evangelium de Passione?
- Resolut.* Ut hujus memoria à sceleribus nos deterreat.
- Dominicā I. Quadragesime.* Scriptum est Matth. 4. v. 4.
- Problema.* Cur biverbio abigatur dæmon?
- Resolut.* Ad imbecillitatem ejusdem demonstrandam.
- Dominicā II. Quadrag.* Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat Matth. 17. v. 9.
- Problema.* Cur ante Resurrectionem evulgarí prohibeatur Transfiguratio?
- Resolutio.* Nè impediatur Passio, cuius ingens in Christo desiderium.
- Dominicā III. Quadrag.* Revertar in domum meam Luc. 11. v. 24.
- Problema.* Cur domum suam appellat dæmon, è qua eliminatus est?
- Resolut.* Quia redeundi spem habet, cùm peccatum poena sit peccati, & dominus illa superficietenus tantum mundata fuerit
- Dominicā IV. Quadrag.* Dicit ad Philippum: unde ememus panes? Joan. 6. v. 5.
- Problema.* Cur à Philippo consilium JESUS petat?
- Resolut.* Quia perfecti Consiliarij idea Philippus est
- Dominicā Passionis* Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Joan. 8. v. 46.

I N D E X

Problema. Cur Spiritus sanctus mundum arguet?

Resolut. Quia amat; semper enim DEUS asper est amatis, lenis verò ijs, quos non amat

Dominicā VI. post Pascha. Amen amen dico vobis, siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis Joan. 16. v. 23.

Problema. Majörne fiat gratia cùm preces audiuntur, an cùm non exaudiuntur?

Resolutio. Cùm non exaudiuntur.

Dominicā VI. post Pascha. Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo Joan. 16. v. 2.

Problema. Cur Christus cum suis ex- osus Mundo?

Resolut. Quia verba & opera utriusque extremè contraria.

Patientiâ proinde opus omnibus Christi affecclis.

